UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XI. De his, quæ fiunt a majori parte Capituli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

confirmare vel illis beneficia conferre,
c. 5. eod. neque Eccleſias ſibi ſubjectas aliis Eccleſiis, vel etiam monaſteriis, attribuere, ſtatumve Eccleſiæ mutare: quod etiam non poteſt res Eccleſiæ alienare, vel donare, vendere, permutare, niſi ex juſta cauſſa, & cum conſenſu totius Cleri
d. c. 8. & Capituli, ſubſcriptioneque ſingulorum.

De his, quæ ſunt a majori parte Capituli.

TIT. XI.

Recte ſubjicitur hic Tit. ſuperiori, cujus eſt velut appendix, ut pateat de conſenſu Capituli recte adhibito vel non ſi forte non omnes conſentiant.

1. *Quid ergo tunc erit juris circa conſenſum vel diſſenſum?*

c. l. h. t. Cenſebitur conſenſiſſe Capitulum, ſi major & ſanior pars Capituli conſentiat.

2. *Quæ dicitur major pars & quæ ſanior?*

Dixi ſup. tit. De elect. Major pars dicitur, quæ aliam partem numero vincit. Sanior æſtimatur dignitate & ex zelo majori. Itaque fieri poteſt

poteſt interdum, ut major pars numero, non ſit tamen ſanior, & contra.

3. *Quid ſi major pars numero diſſentiat à ſaniore, quæ pars ſequenda erit?*

Neutra, ex communiori & veriori ſententia, ſcilicet neque quod pars major non ſanior, neque quod ſanior non major ſenſerit: quia requiritur major & ſanior pars Capituli conjunctim. Atqui Reg. eſt, ubi lex duo conjunctim requirit, ibi alterum non ſufficere. *c.* 1. *& ult. h. t.* §. *pen. Inſt. d. hæred. Inſt. & l.* 5. *D. de condit. Inſt.*

4. *Quid ſi minor pars juſtiorem rationem habeat contradicendi, quam major & ſanior conſentiendi?*

Nihilominus major & ſanior pars prævalebit & inſequendum erit, quod illa ſenſerit: quia præſumitur major & ſanior pars etiam juſtiorem rationem eſſe ſecuta; non tamen præſumtione juris, ideoque admittitur probatio minoris partis in contrarium. *can. In ordinatione diſt.* 61.

Ut Eccleſiaſtica beneficia ſine deminutione conferantur.

TIT. XII.

1. *Cur beneficia ſine deminutione conferri debent?*